

I

3

mecū aduexeri. Demūq; hortaris: ut uenetijs malim agere: q̄ alibi usq; gētū. Mibiq; tuā oēm opem: atq; operā pro uetere nostra beniuolētia polliceris: Omnīū primū tuū liberalissimū pmissū: quo in litteris usus es: & audio nō inuitus: & amplector perlibenter: eoq; mibi semper: quotiens opus fuerit: utendū uolo. Qd̄ si qua etiā in re meo tibi officio opus est: illud tibi peculiare ducito: poteris tu quidem bñficijs me supare: at ego te uoluntatis gratitudine: id qd̄ eo me puto facilius cōsecutus: q̄ uenetijs agere uitā institui: quātū scilicet in me fuerit. Hic aut̄ nōnulla psæpe offeratur occasio: & tibi bñficij cōferēdi: & mibi rursus ul' referendæ uel habendæ gratiæ. Librorū uero nō nihil aduexi mecū. Est etiā Venetijs multū cū apud te & barbarū: tum apd̄ Leonardū meū. Reliquos aut̄ meos codices: cū uentias reuertaris: nō modo uidebis oēs: sed etiam his frui ex snia tua. Nā ut scis Ἡρώδης ἰστορίαι. Et sum latinus: & fui semp. Nec aliud quisq; ex græcia reportauit: q̄ litteraturā atq; disciplinā: q̄q; sunt itē hoc tpe apud græcos pmulta & utilia & præclara: quæ non solum ornent: sed efficiāt bonos uiros. Nā sine inuidia audienda est ueritas. Sed de uxore qd̄ perurbane iocaris mecū: duxi sane uxore illius Chrysoloræ filiā: quē non latini minus admirant̄ q̄ græci. Accedit ad generis uel bonitatē uel claritudinē: q̄ nata est mea uxor eā matre: quæ & auria ipsa sit & mulierū omniū pudicissima atq; optima. Sed de his hæcenus: uæhemēter cupio reditū tuū: quē ut deo maturet: opto. Multa em̄ sunt quæ cupio corā tecū cōmētari. Vale ex uenetijs idib^o octobris. M. cccc. xxvij. Frācis. Philel. Danieli ueturio sal.

a Go tibi gratias imortalis q̄ tāta beniuolētia me cōplecteris. Non em̄ sine magna quadā amoris ui me hortaris: ut in tātis pestilētiae ignib^o uenetijs eē nolim: sed uel patauiū cōcedā: uel alio ubi tutius uitæ meæ consultū sit. Si dixero me eē oino expertē meo: plane mentiar. Me tuo em̄ sed nō tā mibi: q̄ cū infanti filio: uxorisq; adolescentulæ: tū reliquæ etiā familiæ: quæ min^o fortasse sibi cauere norit. Nec satis scio: quid faciā. Nam patauij quoq; & in reliquis ppinquis urbib^o efferatā hanc morbi imanitātē au

a iij